cum iuramento. & latuerit eum. & hic cognouerit & peccauerit unum aliquid de
istis. pronuntiet peccatum quod peccauit & adferet pro his que deliquit dn̄o pro
peccato quo feminam de ouibus & cetera. quomodo quidem pronunciauero labiis
meis uel iurauero bene facere & non faciam peccati reus sim. difficultas non est
ostendere. quomodo autem si iurem uel pronuntiem male facere & non
fecero peccauerim uerbo adsignare difficile est. absurdum enim uidetur
uerbi gratia. ut si per iracundiam dixero me hominem occisurum. & non
fecero. non periurare aut fallere uidear cogi ad explendum opus quod teme
re & inlicite promisi. queramus ergo quasi iter in qua si promittamus nos
male facere & non fecerimus peccamus. Si uero fecerimus excusemur a peccato
ut rationabiliter stare precepti ueritas possit. Quantum in hoc loco intellegen
dum uidetur male facere aduersari alicui est & non indagare & ut faciat
quod uult. & nos ergo cum uenimus ad dn̄m & uouimus nos ei in castitate ser
uire pronuntiamus labiis nostris. & iuramus nos castigare carnem nostram
uel male ei facere adque in seruitutem eam redigere. ut spm̄ saluum facere
possimus. Sic enim & ille iurasse se dixit qui ait. iuraui & statui seruare.
omnia precepta tua. quia ergo carnis uox est que dicit. non enim quod uolo
ago sed quod odi illud facio. Adflicta sine dubio a spū & coartata resistit
enim. & repugnat aduersus spm̄. & nisi male ei fiat ut adfligatur & infir
metur non potest dicere spr̄. cum infirmor. tunc potens sum. huic ergo carni
resistenti. & repugnanti aduersus spm̄ non qui iurauerit & pronuntiauerit
male facere & adfligere ac macerare eam & non fecerit peccati reus est. In quo iu
rauit cruciare se carnem suam & seruituti subicere & non fecit, eadem autem
iuramento & spiritui decernit bene facere. In quo enim carni male facere spui
bene facit si quis ergo hoc iurauerit & non fecerit peccati efficitur reus. Vis autem
scire quia nec potest uni horum bene fieri nisi alius male fecerit. Audi & iam dn̄m
ipsum dicentem. ego occidam & uiuere faciam quid occidit dr̄ carnem utique
& quid uiuere facit spm̄ sine dubio & rursum in sequentibus dicit. percutiam
& ego sanabo, quid percutit carnem quid sanat spm̄. quorsum ut ista profici
ant ut faciat te mortificatum carne. uiuificatum spū. ne forte & tumente

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0410